ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: GREGORIUS MAGNUS. PS. MARCILIA. PS. BOTO PRUVENINGENSIS
2. Hälfte 12. Jh. Seite 72r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



secus teneant quā p̄ inuectionē uocis sibi extrinsecus turbant.
Quod utrumq; prouide dauid se p̄hibet seruare cum dicit. Cum
his qui oderunt pacem eram pacificus. cum loquebar illis inpug
nabant me gratis. Ecce & loquens inpugnabat. & tam̄ inpug
natus erat pacificus. quia nec insanientes cessabat rep̄hendere.
nec rep̄hensos negligebat amassat. Hinc & iā paulus ait. Si
fieri potest qd̄ ex uobis ē. cum omnib⁹ hominib⁹ pacem habentes.
Hortaturus enī discipulos ut pacem cū omnib⁹ haberent p̄misit
dicens. si fieri potest. atq; subiunxit qd̄ ex uobis ē. Difficile
quippe erat ut si male acta corriperent habere pacē cum
omnib⁹ possent. sed cum temporalis pax in prauorū cordibus
ex nr̄a increpatione confundit. inuiolata necesse ē ut in nr̄o
corde seruet. Recte itaq; ait qd̄ ex uobis ē. ac si nimirum
dicat. quia pax ex duarū partium consensu subsistit. si ab eis
qui corripiunt expellitur. integra tam̄ in ur̄a qui corripi
tis mente teneat. Unde isdem rursum discipulos admonet
dicens. Si quis non obedit uerbo nr̄o p̄ epl̄am. hunc notate &
non commisceamini cum illo ut confundatur. Atq; ilico ad
iunxit. & nolite ut inimicū existimare illum sed corripite
ut fratrem. Ac si diceret. pacem cū eo exteriorē soluite. sed
interiorem circa illum medullitus custodite. ut peccantis
mentē sic ur̄a discordia feriat. quatenus pax aur̄is cordib⁹
nec abnegata discedat. · XXIIII ·
Aliter ammonendi sunt seminantes iurgia atq; alit̄

ad thesalonicen